



1555,  
Spec. Libert. et de Muzyn. Gabr.

De edendo, ex ubroque jure  
desumptae.



44/65201



380144165201(2)

THESES IVRIDICÆ. 78.

DE EDENDO  
EX VTROQVE  
IVRE DESVM-  
PTÆ.

*Quas Deo adiuuante*

Præsidibus Clariss: & Consultifs. Viris D. SI-  
BERTO SPEE Dictatore, & D. GABRIE-  
LE de BRVYN Fisco, SS. LL. Licent. in am-  
plissimo florentissimæ Coloniensis Acade-  
miæ uris Collegio, disputandas exhi-  
bet, & pro virili defendere  
conabitur.

IOANNES WERMERS Schelff.

Anno salutis humanæ MD. CVIII. ii. Septemb.



COLONIÆ AGRIPPINÆ.

Excudebat Gerardus Greuenbruch.

# CONTINVATIO



*U*m frustra aduersarius in ius vocatus sit & iudicio fisci caueatur nisi postmodum actor ius suum deelarret, illudq; fiat editione actionum & instrumentorum a) recte atque ordine prioribus tractatis, ad titulum de edendo progredimur.

a) Cuiac. & Wefemb. in parat. ff. h. tit. Arn. ab Harsolt. in aduersar. de action. act. 14. l. 1. ff. cod.

## THESIS PRIMA.

**M**issa igitur verbi Edendi generali significatione, qua aut significat nasci a) aut aliquid in publicum proferre. b) Actionem edere dicitur vel qui copiam describendi facit, vel qui eam descriptam dat, vel dicitur excipiendam aduersario c) quamuis & is olim actionem edere diceretur qui producto ad album Pratoris aduersario, declarabat quam actionem intendere vellet. d)

a) l. 1. §. ex hoc ff. de vent. inspicien. b) l. 2. §. 23. ff. ad Tertyll. l. 22. §. 8. ff. rem rat. haber. l. vnic. §. 1. ff. de offic. conf. ibi Corraf. l. si quis 6, §. si initium ff. h. tit. Wefemb. in parat. h. n. 9. c) l. 1. l. 6. §. edi 7. ff. h. t. d) *Huic tamem iuri nouissima Iustiniani constitutio derogauit, qua canit ut actor reo ad iudicium vocato libellum offerat.* Nouell. 53. cap. 3. §. sancimus cum seq. de exhib. reis, auth. offeratur, C. de litis cont. §. triplex infl. de A. vide limitationes infra thesi V.

### II.

*Et fit Editio vel solemniter in iudicio, vel minus solemniter extra iudicium* a) Illius quatuor sunt species, alia libelli b) alia instrumentorum c) alia rationum d) alia actorum e) prater missa extraiudiciali ab hoc loco aliena, de iudiciali tantum f) eiusq; precipua specie, Libelli Oblatione, g) primo & principaliter agemus.

a) Imol. in cap. 1. ext. de probat. Wef. in parat. hic n. 10. b) l. 1. ff. hic l. 3. C. cod. d. auth. offeratur. c) l. 4. l. 7. C. h. Gail. 1. obf. 106. d) l. 4. l. 6. §. 1. ff. h. l. 1. l. 5. C. cod. Quomodo autem instrumenta & rationes hoc loco differant tradit Donnell ad l. 5. C. h. n. 4. cum seq. & patebit infra thes. vlt. Dissent. Alciatus in l. edita 2. C. h. qui inter rationes & instrumenta non temere constituendam differentiam asserit, cum lex ea plerumque coniungat, & aliud pro alio sumat. per l. 1. de fid. inst. e) que acta dicantur & qualiter ea edenda vide Harsolt. d. l. Donell. & Alciat. d. l. 2. C. h. t. Bart. in Rub. ff. de non oper. nunc. n. 7. addit editionem statutorum & priuilegiorum Gail. d. obf. 106. f) que toto tit. ff. & C. explicatur g) per hunc enim ut plurimum hodie actio editur. Nou. 53. c. 3. auth. offeratur C. de lit. contest. can. induciæ 3 q. 3. cap. 1. Vbi canonist. ext. de libell. obl. Gloss. in d. l. 1. verb. eam edere ff. h. t. Marant. p. 6. memb. 3. nu. 1.

*Est autem Libellus hoc loco a) brevis b) scriptura c) actoris petitionem, causam & actionem continens d) Cuius partes vel instar syllogismi dialectici tres sunt e) Thesis siue maior propositio, qua constat propositione iuris moribus aut legibus super causa statuti, hypothesis siue minor, qua ius illud assumit, & ad specialem facti speciem accommodat & conclusio qua communiter in modum petitionis concipitur. f) Vel interdum etiam in forma Enthymematis concipitur. g)*

a) Sumitur etiam pro quacumque scriptura, l. 1. ff. de tab. exhib. l. si pub. ff. de pub. & vestig. Item pro supplicatione vt tit. C. quand. libel. prin. obl. & c. Item pro libellis dimissorijs siue apostolis, l. vnic. iuncta rub. de libel. dimiss. b) argumentato l. fin. §. in refutatorijs C. de appell. Sarius enim est ob probandi difficultatem pauca vtiliter proponere, quam multis inutilibus aures iudicis pregrauare l. 2. §. sed etsi quid 16. C. de vet. jur. enucle. c) que hodie necessario requiritur ex cap. 1. ext. de tibel. obl. vide inf. thes. V. d) ita deferibit Specul. in tit. de lib. concep. §. libellus est breuis. Mascard. de prob. concl. 978. n. 1. e) Gloss. in princ. inst. de act. Bart. in l. si prius num. 13. ff. de nou. oper. hunc. Iason. in §. omnium num. 115. Hinc dicitur syllogismus quidam practicus & iudicialis Wesemb. in par. n. 13. f) Quam Bald. in d. l. edita n. 33. libelli ierminum appellat. Est & potissima pars, & totus libellus ex ea estimatur; non enim attenditur quid, quale, aut quantum narretur sed quantum ex narratis concludatur, cum amplius & restringat narrata Gail. 1. obl. 61. n. 14. Wurmb. tit. 9. obl. 6. Hinc licet narratio & causa petendi sit inepta iudex tamen secundum aptam conclusionem sententiam feret. Zaf. ad Rub. inst. de act. n. 21. Sed offert se in foro vsitata questio: Vtrum haec naturalis syllogismi dialectici dispositio de necessitate semper obseruanda sit? Cum Georg. Obrecht. in tract. de forma act. & libelli thesi 494 & seq. distinguo, aut causa petendi est controuersa, & tunc naturalis iste ordo necessario obseruabitur, & sic per hoc innotescet parvi & iudici controuersiae fundamentum, aut factum, ipsum est probandum, vt si reus hoc neget tunc vel vtilius maior omittetur, aut minor in locum maioris substituetur. Vide accurate cit. l. Obrecht. g) cuius generis sunt fere omnes libellorum formae, quas habet in summa sua Odofred. de libell. formand. Vtius quoque forensis plerumque hunc modum obseruat, & si controuersia certamen in facti narratione, non in iure seu causa petendi consistat, vtilius esse libellum in forma Enthymematis proponere auctor est, Obrecht. d. l.

## IV.

Porro ex duplici materia civili & criminali, constituitur duplex libelli species, a) alius enim civilis est, siue conuentionalis, in id quod priuatim interest conceptus, b) alius criminalis siue inscriptionis, criminis accusationem continens. c) Et vterque ratione formae vel continuus, qui simplici & continua oratione sine articulorum distinctione constat. d) vel articulatus qui certis articulis distinctus est. e) Est & alius libellus actionis & meritorum, alius citationis & processuum: Vterque citatione prior. f)

a) Specul. de libel. concept. §. 2. Wesemb. in parat. h. n. 3. Hostien. in summa de

ma de libelli obi. b) de hoc tractatur in tit. ff. & C. de Edendo auct. offeratur C. de lit. cont. Nouell. de exhib. reis per totum. Nouell. de litigiosis 112. c. 3. §. si vero 1. & 2. vbi gloss. & cap. fin. ext. de oblat. lib. Ad hunc civilem libellum referimus & eum qui ad iniurie reuocationem seu reclamationem vulgo auff einers wideruff dirigitur Gail 1. obs. 65 n. 3 & seq Mynsing cent. 2. obs. 98. & in §. in summa inst. de iniur. Wurmb 1. obs. tit. 9. c. 8. Patet id euidentissime ex eo, quod hodie in summo Imperij tribunali libelli tales admittuntur Gail. 1. obs. 1. n. 27. & seq. cum tamen alias nulla criminalis causa ibidem (excepta fracte pacis) agitari possit aut debeat prout tradit Idem d. obs. 65. Dissent. Marant. Specul. aur. dist. 1. n. 17. Paris de Puteo in tract. de syndicato. c) l. libellorum 3. vbi communiter Dd. ff. de accusat. l. qui crimen publicum C. de his qui accus. possint. Addunt & alij tertium genus mistum sc. qui in causis, in quibus pena partim fisico, partim parti applicanda venit, exhibetur. Alex. in consil. 66. col. 1. vers. vel vetius Idem in cons. 86. colum. fin. in 1. vol. d) Vult. lib. 2. Iurisprud. Rom. cap. 29 Oldend. de form. libelli tit. de positio. & artic. Hic tantum in terris Principis Saxonie admittitur per constitutionem electoralem part. 1. tit. 2. quæ incipit Damit der Proceß. adeo vt articulus etiam reo nihil opponente debeat officio iudicis rejici e) antiquitati hic libellus incognitus, qui etiam recte postionalis dicitur, cum hodie non adeo accurate obseruetur differentia inter positiones & articulos, vt colligere est ex ordinatione Camerae p. 1 t. 13 §. 3. Obrecht d. disp. th. 675. Gail. 1. obs. 79. num. 3. Hunc tantum camera admittit Reichs abscheid zu Speyer Anno 1570. §. Wiewol auch re. Gail. 1. d. licet olim vtraque libellandi forma vsitata fuerit, part. 3. ordin. Cam. tit. 12. §. Zum anderen 7. In articulis autem concipiendis diligenter attendendum, ne sint multiplices, impossibiles, negatiui, captiosi, facti alieni, impertinentes, obscuri & iurii. De quibus singulis videndus Obrecht. d. disp. thes. 681. cum aliquot seq. Gail. 1. obs. 82. & alibi Myns. cent. 2. obs. 55 Item cent. 5. obs. 88. Wurmb. tit. de positionib. aliquot. art. f) Ille citacione prior, quoad effectum citacione facta manet, huius post citacionem nullus effectus. Treutl. disp. 4. thes. 2. ad LC. Vult. 2. Iurispr. cap. 27. Welsch. in parat. ff. de iniur. vocando n. 13.

V.

Regulariter sumptibus etiam actoris a) in omnibus causis tam civilibus b) quam criminalibus c) de quibus iudicium ordinarie vertitur, offerendus d) nec solemnitas eiusdem vlllo modo partium consensu omitti potest, e) nisi in causis summarie tractandis vt in causis vilibus & modici momenti, f) benesicialibus matrimonialibus, decimarum, vsurarum g), alimentorum h) & quibusdam alijs vbi solemnis libellus non requiritur, sed illius loco sufficit qualis qualis petitio, etiam viuua voce facta. i)

a) l. 4. §. fin. vbi Dd. & in l. argentarius vbi Bald h. t. Kling in cap. 1. n. 15. extra cod. nisi stylus Curie aliud obseruet, Bart. & Sich. in auth. offeratur b) nisi iudex ex officio per inquisitionem procedat, c. olim de accusat. Specul. §. nunc dicendum n. 7 & 9. Articuli tamen inquisitionis, loco libelli reo non denegandi Specul. d. l. n. 20 Clarus pract. crim. q. 6. n. vlt. Quotidiana hic se ingerit questio: Num etiam in causis appellacionū libellus offerendus sit, Hanc questionē cum distinctiōne resoluit specula §. nunc dicendum n. 38. & seq. vel appellatur ante sententiam definitiuam & prior libellus sufficit, vel post & nouo libello opus erit, per l. fin. §. illud C. de tempor. appell. & §. nolumus, auth. de his qui ingred. ad appell. c) l. libellorum ff. de accusat. l. vlt. de priuat. delict. l. in causis, l. accusationis. C.

de accuratis. d) l. 1 ff. h. d. auth. offeratur. Welsemb. in parat. h. n. 6. c) *onus* partes *juri publico rennunciare non possunt*, l. jus publicum ff. de pact. quod fallit si partes consentiant, *vt iudex procedat tanquam arbitrator quo casu solemnitas omittit* possit vide Marant. p. 4. de ordine jud. n. 98. f) Bart. in auth. breuiores C. de liti cont. Menoch. de arbitrar. judicijs lib. 1. q. 19. n. 2. Specul. d. §. nunc dicendum n. 1. & 3. *Vbi que sint cause breues iudicis arbitrio secundum persone & liti qualitate* & *quauitatem relinquit*, Marant. p. 4. d. 9. n. 12. *Vbi late que sint cause summarie* g) de quibus quatuor text. in Clement. dispensiosam. h) l. si quis a liberis §. si vel parens, vbi gloss. & dd. de agnosc. liberis, Menoch. conf. 75. num. 204. i) *debet tamen illa petitio acti inseri*. Clement. sæpe: verb. libellum non exigat ibid. gloss.

## VI.

*Illud interea sumopere cauendum erit cum iudex conformem libello sententiam ferre debeat* a) *ne vitiosus & ineptus sit* b) *ita vt interpretatione aliqua saluari nequeat*, c) *aptus autē ille quisque libellus dicetur cuius materia talis, que ex se actionem producat*: d) *Forma vero sit vel secundum cuiusque loci consuetudinem*, e) *vel secundum ius commune concepta*.

a) *Nam sententia natura petitionis & libelli adaptanda* l. fundus 18. ff. cōi. diuid. ibid. Gothof. l. vlt. C. de fideicom. liber. Clement. sæpe de V. S. §. curare ibid. late Mynsing. in sit. de act. Gail. 1. obf. 66. n. 1. *Imo stultus est iudex qui extra & vitra petitionem actoris pronunciat* d. l. vl. C. de fideicom. Limitationes tamen huius vide apud Mynsing cent. 4. obf. 81. & in d. §. curare in sit. de act. b) *quia magis est hac in parte fauor libellantium, sunt enim in eius fauorem verba libelli impropianda, vt sustineatur*, text. in l. si quis in intentione ibid. Gothof. ff. de judicijs Bart. in l. sed etsi possessori, §. Item si iurauero n. 5. ff. de iurci. & in l. scire debemus n. 6. ff. de V. S. Menoch. de præsumpt. 2. obf. 40. n. 5. Mynsing. cent. 4. obf. 5. *Potest & iudex viua libelli supplere & ex deductis actionem que melius facto applicari potest, elicere, vt ita interpretatione sustineatur, & hanc communem dd. dicit Menoch. per d. l. si quis in intentione. Non procedit tamen cum verba libelli prorsus negotio non congruant, aut cum dubium in facto consistit* Menoch. d. loc. Alex. consil. 121. num. 10. *hoc casu actor factum obscurem expresse interpretabitur*. per l. item Pomponius §. fin. & ibid. gl. ff. de R. V. *Nec procedit in libello criminali, quia hic luce meridiana clarior erit*. Socinus reg. 237. Gail. 1. obf. 66. n. 8. c) *ne iudex præsupposito inepto libello ineptus & nullam quoque sententiam fera: ideoque iudex tum libellum rejiciat, & reum a iudici obseruatione p. r. sententiam absoluet, actor vero in expensis condemnabitur, referuato tamen eidem iure ex alia causa ap. a* Gail. l. 1. obf. 67. per text. in cap. examinata de judicijs, & in cap. dilecti de empt. & vend. nisi Imperator sit qui iudicet, cui permissum etiam iudicare ex processu nullo ratione ineptitudinis libelli, & reiectis ambagibus veritatem sequi, adeoque equitatem præferre juris rigori. Gail. obf. 66. n. vlt. Mynsing. cent. 4. obf. 5. *Quid si libellus partim aptus sit, partim ineptus, an propter vnius ineptitudinem in totum vitium?* Non desunt qui rejiciendum putant: Negantium tamen opinio verior & equior, quam sequitur. Gail. 1. obf. 66. nu. 10. & Mynsing. cent. 4. obf. 5. *Utile enim per inutile viciari non decet* cap. utile de R. L. in 6. d) l. 6. §. fin. l. 39. ff. de negot. l. tutori 20. C. cod. l. non omnia 19. ff. de Reb. cred. e) *Qui enim contra consuetudinem peccat, in iure communi istius loci etiam excedit, cum consuetudo pro iure communi in eodem loco habeatur*, text. in l. omnes populi §. ff. de iustitia & iure, §. sine scripto §. in sit. de iure nat. gent. & ciuili. f) Specul. in §. 12. & 15. Wels. h. n. 7. Zaf. in §. sin minus n. 3. in sit. de act. on.

Secundum ius commune quinq; in libello exprimenda nomen iudicis a) actoris b) & Rei. Item causâ pentendi si in rem actor agat, proxima, si in personam, remota: c) Demum res petita: d) In criminalibus ulterius tempus & locus delicti adijcietur. e)

a) l. 5 ff. de iurisd. idque vel proprium vel officij & dignitatis, ut rem de iudicis competentia cognoscat, ne postea exceptio fori decinatoria à reo opponatur, arg. l. 2. ff. si quis in ius vocat b) si per procuratorem agat, si vero per seipsum non requiritur Bald. ad l. 3. C. h. t. Gail. 1. obs. 50. c) In reali adijcere subinde remotam, & in personali proximam libellum non vitabit, quod & quibusdam casibus fieri tradit Gail. lib. 1. obs. 61. n. 4. & seq. Mynsing. ad Rub. Inst. c. 10. sola tamen remota in reali & sola proxima in personali expressa libellum incertum reddidit d) secundum qualitatem locum, situm & reliquas circumstantias, l. forma 4. ff. de censibus l. 6. ibid Costal. ff. de Rei Vind. glossa in cap. significavit extr. eod. Controuertunt hic DD, an expressa actionis designatio ex necessarijs libellis sit? Et verius putamus licet olim cum tanta actionum notitia non erat, quanta hodie, strictiusq; obseruarentur formulæ actionû & quidè in tantum ut qui ab vna syllaba erraret caderet etiâ actione ut patet ex l. 1. & 2. C. de form. & imp. ex necessarijs libelli fuerit, hodie nec iure canonico, nec ciuili requiri, modo factum ita narretur ut jus agendi certum perspicue colligi possit, cap. dilecti extra de iud. vbi canonist. & actor nullum exprimendo nomen actionis, maxime sibi idoneam elegisse censetur, l. si quis 66. ff. de iudi. l. 83. §. 1. ff. de V. O. Vnde si causa in libello contenta apta sit plures producere actiones, actionis genus omnino exprimendum Gail. d. obs. 61. n. 21. c) Quod nisi fiat ipso iure libellus est ineptus, etiamsi de eo nihil opponatur. per tex. in l. libellorum ff. de accus. Myns. cent. 2. obs. 33. Gail. 1. obs. 64. n. 9. Wurmb. tit. 9. obs. 2. Sed dubium est an precise necesse sit diem exprimi? Aequius est, si accusatus petat sibi diem patratî criminis edi sine dolo, ad hoc ut defensionem suas facere possit, omnino exprimeretur esse asserit. Bart. in l. libellorum quem sequitur Iafon. in l. 2. §. si quis Ephesi ff. de eo quod cer. loc. Myns. cent. 2. obs. 40. Gail. 1. d. obs. 64. nu. 11. Contrariâ tamen aliquando in Camera Imperiali decisum testatur. Myns. d. obs. 40. Interdum etiam in ciuilibus locis & tempus exprimenda sunt Gail. d. obs. 64. in fin. vtpote si ciuilitè agatur, actione aliqua, que de jure vel facto insanat. Wurmb. tit. 9. obs. 2. in fin. vbi etiam cum Bart. & Iafone libellum de crimine ciuilitè conceptû si dies & locus commissi delicti non exprimitur, ipso iure nullum esse asserit.

## VIII.

Ad hæc libellus certus & perspicuus, non obscurus erit. a) Vnde conuenienter quaritur, cum generalitas & alternatio obscuritatem importent, b) an & quatenus libellus alternatiuus & generalis admittatur? Pro cuius resolutione hæc obseruanda regula conclusionem siue petitionem semper debere esse conformem naturæ & qualitati obligationis vel reipetite, c) & consequenter in generalibus & vniuersalibus rectè generalè & vniuersalè d) in alternatiuis etiâ obligationibus, e) vel vbi lex permittit f) alternatiuum libellum offerri.

a) cum propter reum, vt delibere possit, nam cedere vel contendere veli, tex. in l. 1. ff. h. DD. in l. edita C. cod. cum propter iudicem vt certam sententiam ferre possit, juxta §. curare Inst. de Act. l. Item Pomponius §. fin. ff. de R. V. sententia enim incerta non valet, l. in summa §. qui fortis ff. de Re jud. l. 3. l. fin. C. de sent. quæ sine &c. Gail. 1. obs. 62. n. 2. Parte tamen non opponente de obscuritate procedit in



ciuilibus, secus in criminalibus, quæ etiam patet ex sequentiis in officio testamento  
in l. libellorū. Bald. in l. vnic. n. 21. C. de confes. Gail. d. obs. 61. n. 15. b) per l.  
in tradendis 7. ff. cōia prædior. tam vrbān. quam rust. l. prætor edixit §. quod  
autem ff. de iniur. & fam. libell. cap. ex literis 2. ext. de dolo & cont. c) l. vlt. C.  
de form. & impet. §. si quid agens 33. Inst. de A. vbi dd. & Angel. ver. huic  
autem n. i. d) vt in petitione hæreditatis, l. si hæreditatem q. l. 18. §. 1. & 2. l.  
41. de petithæred. Bart. ibid. in l. 1. nu. 22. Gail. 1. obs. 68. *Consultius tamen  
fecerit actor, si ab initio res singulas, quid nimirum quantumque in hereditate sit in  
specie designet, sic exceptiones contra generalitatem libelli obijci non poterunt, & satis-  
tus sententia obtinebitur. Idem in dote obtinet, l. 69. §. gener. ff. de I. dotium l. 3.  
C. cod. §. si de dote 37. inst. de act. Dissent. Fach. 10 cont. 72. l. 1. §. sed quod  
ff. de dot. præleg. Dissent. Bald. Alciat. ad Rubr. ff. solut. matr. Et in  
legitima l. si quis in suo vbi Bald. C. de in officioso testamento. De gene-  
ralibus idem dicendū, vt in actionibus pro socio tutela & similibus l. 38. ff. pro socio  
Differentiā inter vniuersales & generales vide apud Gail. 1. obs. 68. n. vlt. c) l. vbi  
autem 75. §. qui illud aut illud ff. de V. O. Et quidem de necessitate si electio debi-  
toris sit, Zaf. in d. §. curare n. 9. inst. de act. f) vt in materia l. 2. C. de rescindend.  
vend. Gail. 1. obs. 62. Myns. cent. 2. obs. 42. Sic lex permittit in interdicto quod legat:  
quates si. incertum est, quæ actio teneat l. 1. §. quia antem. ff. quod leg. Item vbi-  
cumque iusta ignorantia & incertitudo actoris subest. d. l. 1. §. quia autem, l. quæ  
de tota §. 1. ff. de R. V. l. 8. §. 1. ff. cōi. diuid. l. 2. vbi Bart. n. 4. C. de sent. quæ sin.  
cert. quant. §. curare inst. de act. Costal. in l. 1. h. t.*

### IX.

Denique libello omnibus numeris absoluto, addi solent clausulae salutares,  
a) quæ tam in principio quam sine ponuntur, & licet præter ius cōmune vix  
aliquid operetur b) tutius tamē erit, in hoc libellantium cōmune stylū sequi.

a) Quas herbeæ Betonica & dd. comparant, eo quod actor earum virtute omne remediū  
competens & ex actis resultans in iudicium deduxisse censetur, Obrecht. latē d.  
disp. Gail. d. obs. 61. n. 10. & 11. Schneid. & Myns. in §. omnium l. de A. Treutl.  
disp. 4. th. fin. Clausula tamen quæ extrajudicialiter pro introductione cause, vel ob-  
tinendis processibus in Camera iudici, offeruntur nihil operantur Gail. d. l. n. 12. & con-  
stitutū in constitutione Imperij anno 1517. §. Wiewol dann/ b) vt ex singulis  
earum si examinentur colligi potest, de quibus singulis & earum effectu videndus  
Obrecht. Specul. & reliqui d. locis.

### X.

Ex his illa, quæ regulariter conclusioni libelli interseri solet (saluo iure ad-  
dendi minuendi, corrigendi &c.) maximæ questionis præbet initium: An &  
quam diu libellus emendari vel mutari possit? Communem hic placet sequi  
sententiam, Emendationem vsque ad sententiam definitiuam a) mutationem  
vero vsque ad litis contestationem permissam. b)

a) DD. in l. edita. Fel. in cap. significantibus. Menoch. de arb. 2. cas. 176.  
Myns. resp. 57. n. 5 & resp. 100. n. 11. Porro mutari libellus dicitur, cum eius substā-  
tia variatur, & actione veteri relicta noua proponitur. Emendari dum salua libelli sub-  
stantia, error aliquis corrigitur. Myns. in §. fin. minus n. 2. l. de A. b) quod tam in  
ciuilibus quam criminalibus procedit Gail. 1. obs. 74. n. 4. & obs. 51. n. 9. Ante muta-  
tionem actor reo expensat, quas ea causa frustra fecit, refundet, & si ob mutationem  
vel emendationem, minus ad respondendum paratus sit, vltius deliberandi tempus  
concedet. DD. præallegati.



Agmen huius materia claudat vobilis & iuricata quaestio, Vtrum sicut plures aduersus vnum vel plures agere possunt, a) sic etiam liceat ex pluribus causis agere, id est, an plures actiones vno eodemque libello cumulari possint? Cuius affirmatiuam de iure veriore defendemus. b)

a) l. in duobus §. 1. ff. de duob reis. l. 1. & 2. C. si plures vn. sent. cond. tot. tit. C. de confort. eiusd. lit. b. tex. in l. si idem ff. de iurisd. omn. iud. l. fin. cum gloss. C. de annal. exceptio. Idque litium dirimendarum fauore, praesertim cum id circa fraudem praediuiciumque alterius fieri possit. Ceterum non recte plures actiones vno libello cumulatur, si vna earum electione alterius tollatur l. quod in haerede §. eligere ff. de tribut. act. Vel si actiones eius naturae sint, vt sententia absolutoria in prima lata rei iudicat. e exceptionem in alijs pariat, vt in l. fundum 16. cum l. 18. ff. de except. Vel si pugnantia contrarietatemq; includant vt in l. 1. C. de fur. nisi actor ex ignorantia aut iusto errore proposuerit, tunc enim excusatur arg. l. mater ff. de inoffic. testa. aut nisi ob incertitudinem, quae ex facto aduersarij oritur cogatur actiones contrarias proponere, l. 1. §. quia autem ff. quer. leg. Hoc casu vtile est protestari, quod ex vno tantum medio causam obtinere intendat, d. l. 1. §. quia autem. Admittitur etiam cumulatio actionum contrariarum si non in substantia, sed exercitio tantum contrariae sint, & in vna vbi succubuerit, ad aliam redire potest. Bart. in l. Aurelius §. vlt. ff. de lib. leg. Requiritur autem tot sententiae, quot sunt diuersae species actionum in libello cumulatarum; proinde iudicem circumspectum esse oportet, & diligenter aduertere ad singulas actiones & in singula facta, quae actio cuique facto competit, quae eius natura, quae causa petendi, quid, quantumque petatur & probetur &c. Hinc quaestio est, si vna actio claras & plenas probationes habeat, altera vero non, an sententia in clara causa differenda sit, donec de altera liqueat? Ex communi dd. sententia prius in causa liquida sententiam feret, in altera vltiorem probationem, etiam rescissa ex officio conclusionem iniunget. Atq; ita in Camera Imperiali sepius obseruatum, testatur Gail. 1. obs. 63. nu. 6.

## DE EDITIONE RATIONVM. XII.

Edita actione in super actor reo instrumenta, acta, & rationes edet; instrumenta sine die & consule a) acta vero b) & rationes cum ijs. c) Contra actori reus exhibere ea non teneatur. d)

a) scilicet à quo scriptum est instrumentum, non in quem solutio concepta: Nam dies solutionis, sicut summa pars est stipulationis, l. 1. §. 2. h. Wes. n. 16. b) gloss. in l. 1. verb. die Bald. & Dd in l. 2. C. cod. neque originalia edere necesse est, sed sufficit exemplum exhiberi. Alex. in l. exempla 11. h. t. nisi producantur probationis causa, auth. si quis in aliquo C. cod. aut si instrumentum falsum dicatur, aut alia causa iusta subsit. Bart. in l. procurator 7. C. cod. c) quia accepta & data alias apparere nequeunt, nisi dies & consul edatur. l. 1. §. 2. h. l. praetor ait 4. l. si quis 6. §. si initium ff. h. t. Wes. d. l. d) regulariter intellige. Nam si singularis actoris fauor. l. senatus ff. h. t. l. 2. §. 1. & 2. ff. de l. fisci: Vel odium Rei vt in vsuario. Clement. ex graui §. ceterum de vsuis, contrarium suadeat, cessat regula, quam alias in tantum veram exissimamus vt actor ne tum quidem, reum cogere possit, cum ad fundandam suam replicationem editionem postulat l. 10. §. 4. ff. de quaest. l. penult. ff. ad exhibendum. Donel. in l. vlt. in fin. C. de Edendo Wes. in par. h. Idemque hoc ca. u. de Editione rationum statuimus. Dissent. Bart. d. l. vlt. casibus paucis exceptis, de quibus videri poterit Donell. in l. 2. C. h. Reum vero ad fundandam suam exceptionem ab actore editionem rationum, non etiam aliorum instrumentorum postulare posse, maxime iur. consensancum arbitramur. Don. in l. §. n. 3. C. h.

380/44/65201(2)


Freie Universität Berlin



5213298/188

11

12. 1851  
13. 1852
























Freie Universität



Berlin

xrite



colorchecker CLASSIC